

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Terentivs,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope
innumerabilibus|| emendatus.||**

Terentius Afer, Publius

Venetiis, 1558 [erschienen] 1559

Scena III.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](#)

T I M O R V M E N O S. 66

Nisi mihi quidem addit animum, quo lubeat magis.
 Ch. At nunc quid expectat syre? an, dum hinc denuo
 Abeat, cum tolerare huius sumptus non queat?
 Non ne ad senem aliquā fabricā fингit? sy. Stolidus est.
 Ch. Atte adiutare oportet adolescentuli
 Causa. sy. equidem facile facere possum, si iubes:
 Etenim, quo pacto id fieri soleat, calleo.
 Ch. Tanto hercle melior. sy. non est mentiri meum.
 C. Fac ergo. sy. at heus tu, facito dū eadē hæc memineris,
 Si quid huius simile forte aliquando euenerit,
 Ut sunt humana, tuus ut faciat filius.
 Ch. Nō usus ueniet, spero. sy. spero hercle ego quoque:
 Neque eo nunc dico, quod quicquam illum senserim:
 Sed si quid, ne quid. quæ sit eius ætas, uides:
 Et næ ego te, si usus ueniat, magnifice Chreme
 Tractare possim. Ch. de istoc, cum usus uenerit,
 Videbimus quid opus sit: nunc istuc age.
 Sy. Nunquam commodius unquam herum audiui loqui,
 Nec, cum malefacere crederem mi impunius
 Licere. quisnam à nobis egreditur foras?

ACTVS TERTII SCENA III.

CHREMES, CLITIPHO,
 SYRVS.

Ch. Vid istuc, quæso? qui istic mos est clitipho?
 q ita ne fieri
 Oportet? cli. Quid ego feci? ch. uidin' ego
 te modo manum in sinum huic



H E A V T O N O M I S

Meretrici inferere? sy. acta est res, perij. cl. me ne
ch. hisce oculis, ne nega.

Facis adeo indigne iniuriā illi, qui non abstineas manū:
Nam istae quidem contumelia est, hominem amicū adū
recipere,

Atque eius amicam subagitarem: uel here in uino, quā
immodestus

Fuisti? s. factum est. ch. quām molestus? ut equidem
Ita me dijament, metui quid futurum denique esset.
noui ego

Animos amantiū: grauiter aduortunt, quæ non cēses.
cl. At mihi fides apud hunc est, nihil me istius facturum
pater.

ch. Esto: at certe concedas ab eorū ore aliquātis per aliquā
Libido multa fert: ea prohibet facere tua præsentia.
Ego de me facio coniecturam. nemo est meorum amici
rum hodie,

Apud quem expromere omnia mea occulta clitiph
audeam.

Apud alium prohibet dignitas: apud alium ipsius fa
cti piget,

Ne ineptus, ne proteruos uidear. quod illū facere credit.
Sed nostrum est intellegere, utcunque, atque ubiunque
opus sit, obsequi.

sy. Quid istic narrat? clit. perij. sy. clitiphō, hæc ēg
præcipio tibi:

Hominis es frugi & temperantis functus officium.
clit. tace

Sodes. sy. recte sane. ch. Syre pudet me. sy. credo: ne
que id iniuria.

qui



Quin mihi molestum est . clit. pergin' ? sy. hercle ne=
rum , dico quod uidetur .

cli. Non ne accedam ad illos? CH. eho quæso, una accedū=
di uia est ?

sy. Actum est : hic se prius indicarit, quām ego argentum
efferō . chreme ,

vin' tu homini stulto mihi auscultare? CH. quid fa=
ciam? sy. inbe hunc

Abire hinc aliquo? . clit. qud ego hinc abeū? sy. quo?
quo lubet: da illis locum:

Abi deambulatum . clit. deambulatum , quo? sy. uah,
quasi desit locus .

Abi sane istac, istorum, qud uis, CH. recte dicit: cēsio.

cli. Dij te eradicent syre, qui me istinc extrudis . sy. at tu
pol tibi

Posthac comprimito istas manus.

censem' uero? quid illū porro credis facturū chreme ,
Nisi eum, quantū dij dant tibi opis , seruas , castigas ,
mones?

ch. Ego istuc curabo . sy. atqui nunc here hic tibi affer=
uandus est .

ch. Fiet. sy. si sapias : nam mihi iam minu' minusq; ob=
temperat .

ch. Quid tu? ecquid de illo , quod dudum tecum egi , egisti
Syre? aut

Reperiisti quod placeat , an nondum etiam? sy. de
fallacia?

Inuenta est : inueni quandam nuper. CH. frugies: ce=

do , quid id est?

sy. Dicam: uerum , ut aliud ex alio incidit . CH. quid:

H E A V T O N M I

nam Syre?

Sy. Pessuma hæc est meretrix. Ch. ita uidetur. Sy. immo, si
scias.

Hoc uide; quod incepit facinus. Fuit quædā anus co-
rinthia

Hic: huic drachmarum argenti hæc mille dederat mu-
tuum.

Ch. Quid tum? Sy. ea mortua est: reliquit filiam adolu-
scentulam:

Ea relicta huic arrhaboni est pro illo argento. Ch. im-
tellego.

sy. Hanc secum huc adduxit, eaq; est nunc ad uxorem
tuam.

h. Quid tum? Sy. clinia orat, sibi uti nunc det illam, illi
tamen

post daturum mille nummum. poscit. Ch. Et poscit qui
dem? Sy. hui

Dubium id est? Ch. ego sic putavi. quid nunc faci-
cogitas?

Sy. Ego ne ad Menedemum ibo: dicam hanc esse captan-
e caria,

Dite, et nebulæ: si redimat, magnum inesse in ea lucrum.

Ch. Erras. sy. quid ita? Ch. pro Menedemo nunc tibi q
respondeo:

Non emo. quid ais? sy. optata loquere. Ch. atqui non
est opus.

sy. Non opus est? Ch. non hercle uero. sy. quis istuc mi-
ror. Ch. iam scies.

Mane mane, quid est quod tam à nobis grauiter erat
puere fores?

ACTVS



H E A V T O N O M I T

sy. Nisi fallit me animus, haud multum à me aberit infon-
tunium:

Ita hercle in angustum oppido nunc meæ coguntur
copiæ:

Nisi aliquid video, ne esse amicam hanc gnati resciscat
senex.

Nam quod sperem de argento, aut posse postulem mi-
fallere,

Nihil est: triumpho, si licet me latere tecto absa-
dere.

Crucior, bolum tantum mihi erectum tam subito i
faucibus.

Quid agam? aut quid comminiscar? ratio de integro
ineunda est mihi.

Nil tam difficile est, quin querendo inuestigari possit.

Quid, si hoc sic incipiam nunc? nihil est. si sic? tantum

dem egero.

At sic opinor: non potest: immo optume. euge opti-
mam habeo.

Retraham hercle, opinor, ad me illud idem fugituum
argentum tamen.

A C T U S Q V A R T I S C E N A II.

C L I N I A, S Y R V S.

C. vlla mihi res posthac potest iam interuenire
n tanta,

Quæ mihi ægritudinem afferat: tanta hac
lætitia oborta est.

Dede

